OMnis fere vicioſus ſibi diligit ſimilẽ
Suꝑbus autem odit elatum. vnde ſa
lamon. Int̃ ſuperbos ſemꝑ iurgia ſunt. vbi
fuerit ſuperbia ibi et ꝯtumelia. Superbꝰ in
ſolita geſtit. conſueta faſtidit. magnum re-
putat ſi loqui dignetur. maximũ ſi ſurgat et
amplexetur. Eſtimat plus dignitatẽ ab illo
quã ipm aſſecutum ex dignitate. Numquã
wlt vti paritatis affectiõe. ſed ſemꝑ wlt vti
dñacionis imperio: ſuperbia eius et arrogã
cia eius. et indignacio eius plus quã fortitu
do eius. Reuoluat in animo quod legitur ĩ
ewangelio. Facta eſt contencio int̃ diſcipu-
los ihesu quis eoꝝ videretur eẽ maior. ⁊ ait
illis ihesus. Reges genciũ dñantur eoꝝ ⁊ q̇
poteſtatem habent ſuper eos benefici vocã
tur: vos autem non ſic ſed qui maior eſt int̃
vos eit ſicut minor. ⁊ qui preceſſor ſicut miſ
trator. Et petrus apoſtoloꝝ magiſter. Nõ
quaſi dñãntes in clero. ſed forma fci gregis
ex animo. Dñi eſt terra et plenitudo eiꝰ or-
bis t̃rarũ et vniuerſi q̇ habitant in eo. Vnus
eſt ergo deus ⁊ vnꝰ dñs. ceteri nõ ſunt dñi
ſꝫ miſtri qbꝰ ĩt̃ducit̃ dñiũ ſꝫ dat̃ miſteriũ. Au

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

di ſup hoc ſapiētē. Rectorē te poſuerūt: noli
extolli: eſto ī illˀ q̄ſi ūnus ex illˀ ¶ Cōtra frau-
Filij zebedei q̄ pꝛiuētū dē ābicioſoꝛū
matris honoꝛē poſtulauerunt a xp̄o
dic inq̄t vt ſedeant hij duo filij mei vnꝰ ad
dexterā et alius ad ſiniſtrā tuā ī regno tuo
. Et meruerunt audire. Neſcitis q̄d petitis
Nō enī honore ſʒ onere pueniuntur ad regnū
. vn̄ dn̄s ſubdit. Nō ē meū daē vob. Meū q̄-
dē eſt daē ſed nō vob. i. ambicioſis q̄les vos
eſtis. Licet autē oīs ptās a deo ſit. ſupbˀ tam̄
nō regnat ex deo. Scd̄m illd̄ ꝓpheticū. Ipi
regnauerūt ꝛ n̄ ex me principas exſtituerūt
et nō cognoui eos ¶ Cō ꝓꝑeratibꝰ arrogāciū
Suꝑbus amat ꝑmas cathedras in ſina
gogis. ꝑmos recubitus in cenis. ſalu-
taciones in foro. ꝛ vocari ab hominibꝰ rabi
. non noīe ꝑſone ſed noīe fortune vult appel
lari. non vt hō ſed vt deus vult honorari ſe-
det ſublimis et īcedit excelſus. vult ſibi oīs
aſſurgē. ſingulos īcliare ¶ Porro ph̄s q̄dā
volens arrogāciā cuiuſdā regis eludē. cum
vidiſſet eū in trono regali ſedere ſublimem
: proſtratꝰ in t̄rā ꝓtinꝰ adorauit. et ꝯfeſtim
nō inuitatꝰ aſcendēs iuxta regē ꝯſedit. Qd̄
rex vehemēt̄ admirās eo ꝙ nō noſſet illum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

eſſe ph̄m cur. hoc egerit inquiſiuit. ph̄s autē
reſpondit aut deus es aut homo: ſi deus de
bui te adorare ſi homo potui iuxta te ſedere
. Rex autē rōnem ꝯuertens contra ph̄m in-
tulit. Immo ſi homo ſum non debuiſti me
adorare. Si deus non debuiſti iuxta me ſe-
dere Sapiēter iſte rn̄dit ſed ille prudenter
illuſit ¶ De ſup̄fluo cultu

Primis pa-
rentibus fecit deus pizomata poſt p̄
catum et a xp̄o dicitur xp̄ianis Non duas
tunicas habeatis. ſed iuxta iohānis conſiliū
. qui habet duas tunicas det vnā nō habēti
Superbus autē vt magnificus videatur ſa
tagit veſtiri duplicibus. indui mollib⁹. preci
oſis ornari Sz quid ē hō precioſis ornatus
. niſi ſepulcrū foris dealbatū. int⁹ āt plenus
ſpurcic̄. Iacēt ꝛ purpurā. cocc⁹ ꝛ biſſ⁹ in liō
putreſcūt. Aurū ꝛ argētū lapides ꝛ gēme ī lu
to ſordeſcūt. dignitas ꝛ ptās male iacent in
puluere. honor et glīa male ſordent ī cinere
Quid ꝗ̄ ſupbe philacteria dilatas et magīfi-
cas fimbrias Diues ille q̄ induebatur pur-
pura et biſſo ſepultus eſt in inferno Dina
filia patriarche iacob antequam egredere-
tur vt ait ioſephus vt ornatum mulierum
prouincialium emeret. virgo permanſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

Cū autem exiuit ſichē filius regis emoꝛ eā violenter oppreſſit. Holofernes qui ſedebat in canopeo quod erat ex purpura et auro et ſmaragdo. et p̄cioſis lapidibus intextū: iu=gulatus eſt a iudith. que cū prius vteretur cilicio tunc ornamentū iocunditatis aſſūpſit. Audi ſup̱ hoc ꝯſiliū ſapientis. In veſtitu ne glorieris vnq̄. Et ap̄ls. Non in veſte p̄=cioſa. nec ſit extrinſecus capillatura aut cir=cundacio auri. aut veſtimētoꝝ cult⁹ Cōtra ſup̱fluū ornatum

Attende quid contra ſup̱fluū cultū cōminetur dn̄s per ꝓphām. Pro eo quod eleuate ſunt filie ſyō et ambulauerūt extento collo et nutib⁹ oculoꝛum ibant decaluabit dn̄s verticē filiarū ſyon et crinem eaꝝ nudabit. In die illa auferet dn̄s ornatū calciamentoꝝ ꝛ lunulas toꝛques et monilia et armillas et mitras et diſ=criminalia et periſcelides et murenulas et olofactoria et inaures et anulos ꝛ gemmas in fronte pendentes et mutatoria et pallia ꝛ lintheamīa ꝛ ac⁹ ꝛ ſpecula ꝛ ſindoēs ꝛ vittas ꝛ theriſtra Et p eīt ſuaui odoꝛe fetoꝛ ꝛ p zōa fuicul⁹ p criſpāti crīe caluiciū ꝛ p faſcia pectorali ciliciū Ecce iuſta rddit pēa p cl'pa. vt i eo puniāt i q̄ peccauerāt. Ad huc ſup̱ hijs ali^m audi

ꝓphetam. O tire biſſus varia de egipto tex-
ta eſt tibi in velũ. Jacinctus et purpura de
inſulis elyſa fcã ſunt opimentũ tuũ. dentes
eburneos et ebeninos ꝯmutauerunt ĩ pre-
cio tuo. gemmã. i. guttã et purpurã. et ſcu-
tula et biſſum et ſericum et coccũ ꝓpoſue-
runt in marcatu tuo. Vedan inſtitores tui
in tapetibꝰ ad ſedendũ. et repleta es et glori-
ficata nimis. Sȝ nunc contrita es in mari
. et in profundis aquarũ opes tue: ad nichi-
lum deducta es. et nõ eris vſqȝ in ꝑpetuum

Qd plꝰ ꝺ̇fertur veſtibꝰ q̄ꝫ v̇tutibꝫ

CVm quidã ph̄s in hitu contemptibili prin-
cipis aulã adiſſet et diu pulſans nõ fuiſſȝ ex-
auditus. Sed quociens tẽptaſſet ĩgredi to-
ciens contigiſſet repelli. mutauit hitum ꝛ aſ-
ſumpſit ornatũ. tunc ad primam vocẽ aditꝰ
patuit venienti. qui procedens ad principẽ
palliũ quod geſtabat cepit venerabilit̉ oſcu-
lari. Sr̄ quo princeps admirans quid age-
ret exquiſiuit. ph̄s rñdit. honorãtẽ honoro
: qꝛ quod v̇tus nõ potuit. veſtis optinuit. O
vanitas vanitatẽ. plus honoris defert̉ veſti-
bus q̄ꝫ virtutibus: plus venuſtati q̄ꝫ honeſta-
ti

De fuſcatiõe coloꝝ ꝛ ſupfluo ornatu do-
mꝰ ꝛ mẽſe

Artificialis ſpẽs ſupducit̉

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

et facies obducitur naturał·tamꝙ hominis
artifitiũ artẽ ſupet creatois Nõ ſic ñ ſic Cõ
ſiderate inquit lilia agri quomodo creſcunt
.non laborãt neqꝫ nent. Dico autẽ vobis qm̃
nec ſalomon ĩ oĩ gloria ſua coopatus ẽ ſicut
vnũ ex iſtis. abſit vt adulterinus color ꝑpa-
bilis ſit natiuo: quinimmo. cũ facies adulte
rino colore fuſcatur. os abhominabili feto-
re corrumpitur Vniuerſa vanitas õnis ho-
mo viuens Quid enĩ vani? ꝙ pectere cri-
nes planare ceſariem. tingere genas. vnge-
re faciem. producere ſupcilia Qñ quidẽ fal-
lax ſit gl'ia. et vana pulcritudo Om̃is caro
fenum et omnis gloria eius quaſi flos feni
. qm̃ tamꝙ fenum velocitur areſcent. et quẽ
admodũ olera herbarum cito decident Vt
autem ornatum pſone pertranſeam ne ma
lingnius pocius ꝙ verius videar ſubticere
quid vanius ꝙ ornare menſam mantilibus
picturatis. cultellis ebore manitatis. vaſis
aureis. vaſculis argenteis. cuppis ⁊ nappis
. ſcutellis et coclearibus. furtinulis et ſalſa-
rĳs baſilibus et vrceolis. capſulis ⁊ flauellis
Quid prodeſt pingere cameras. ditare ꝑti
cas. palliare veſtibulum. ſubſternere pauim̃
tum. componere lectum inflatum plumis

opertum ſcritis obductum cortuus. aut eci am canopeo Scriptum eſt enī Non cū morietur accipiet oīa. neq3 deſcendet cum eo gloria domus eius Tercia ps huius opuſculi de miſerabili huāne ɔdiciōis egreſſu C°

Non ē q̄ labe et inmundicicia cordis de cordis mundicia valeat gl'ari. qm̄ In multis offendim⁹ oēs. et ſi dixerim⁹ quia pccm̄ nō habem⁹. noſipſos ſeducim⁹. et veritas in nob̄ nō eſt Quis enī eſt ille qui vel illō dicē valeat cū aplo Nichil michi cōſcius ſum. ſed nō in hoc iuſtificatus ſum Quis eī eſt hic et laudabim⁹ eum Ecce int̄ ſanctos nemo eſt immutabilis. Celi non ſunt mūdi in ɔſpectu eius. et in angelis ſuis repit de⁹ prauitatem Quanto magis abhominabil' eſt homo vilis et inutilis. qui bibit q̄ſi aquā iniquitatem Penituit ergo deum quod feciſſet hominē in terra. eo q̄ multa eſſet malicia ſuper terrā. et cuncta cogitacio hominis omni tempore ad malum eēt intenta. et ideo tactus dolore cordis intrinſicus deleuit hominem quem creauit Porro ſuperhabundauit nequicia et refriguit caritas multorum Omnes declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt. non eſt qui faciat bonum. non eſt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

vſqȝ ad vnum Tota terenica mortaliū mor
talibus eſt plena peccātis:vt vix valeat inue-
niri qui non deuiet ad ſiniſtrā qui nō reuer-
tatur ad vomitū.qui nō putreſcat ī ſtercoē
quin pocius glorietur cū malefecerint ꝛ ex-
ultet in rebus peſſimis Repleti oī iniquita-
te malicia fornicacione.auaricia neq̄cia:ple-
ni inuidia.homicidijs.ꝯtencionibus.dolo
malignitate Suſurrones.detractores deo
odibiles.ꝯtumelioſi.ſuꝑbi elati īuētoēs ma
loꝝ.ꝑentibus nō obedientes.inſipiētes nō
ꝯpoſiti.ſine affectiōe.abſque federe.ſine mi
ſericordia Talibꝰ et peioribꝰ mundꝰ iſte re
pletus habūdat.hereticis et ſciſmaticis ꝑfi-
dis et tirannis.ſimoniacis et ypocritis.am-
bicioſis et cupidis.raptoribus et predonibꝰ
.violentis et execratoribus.vſurarijs et fal-
ſarijs.impijs ac ſacrilegis.proditoribus et
mendacibus adulatoribus et fallacibꝰ.gar-
rulis.et verſutis.guloſis et ebrioſis.adulte
ris et inceſtuoſis.mollibus et inmūdis Pi-
gris et negligentibus.vanis et prodigis.in
petuoſis et iracūdis.inpacientibꝰ et conſtā
tibus.veneficis et auguribus.incredulis
et deſperatis.demum vniuerſis vicijs irre
titis.Porro ſicut deficit fumus deficient et

ſicut fluit cera a facie ignis ſic peccõres pibũt
a facie dei ¶ De putredine cadauerum
Exibit ergo ſps ei⁹ et reuertetur ĩ trã
ſuam In illa die peribunt oĩs cogitaciones
eoꝝ O q̃ta mortales de mũdane ꝓuiſiõis
incertitudĩe cogitãt: ſed ſub repentine mor-
tis articulo repente cuncta q̄ cogitauerant
euaneſcunt Sicut umbra cũ declinat abla-
tus ſum et excuſſ⁹ ſum ſicut locuſte Exibit
ergo ſpirit⁹ nõ voluntari⁹ ſed inuit⁹: qꝛ cũ
dolore dimittet qd̉ cũ amore poſſidit. velit
an nolit conſtitut⁹ eſt ei t̃minus qui p̄teriri
non poterit in quo terra reuertatur in t̃ram
Scriptũ eſt eni Terra es ꝛ in terrã ibis Na
turale ſ quidẽ eſt vt mat̃iatũ in materiã re-
uertatur Auferet ergo ſpm̃ eoꝝ et d̉ficiẽt. ꝛ
in puluerẽ ſuũ reuertentur Cũ autẽ morie-
tur homo hereditabit vermes et ſerpentes
Oẽs enim puluere dormiunt et ỏmes opi-
ẽt eos. ſicut veſtimẽtũ ſic ꝯmedꝫ eos ỏmis
et ſicut lanã ſic deuorabit eos tinea Quaſi
putredo ꝯſũ med⁹ ſum. ꝛ quaſi veſtimẽtũ qd̉
ꝯmeditur a tinea Putredini dixi. pr̃ me⁹ es
. mater mea et ſoror mea vermibus. homo
putredo filius hominis vermis. q̃ turpis
pater q̃ vilis mater. q̃ abhominabilis ſoror

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

Conceptus eni eſt homo ex ſanguie per ar
dorem libidinis putrefcō cuius tādem cada
ueri quaſi funebres uermes aſſiſtent. Ui
uus genuit pediculos et lumbricos. mortu
us generabit uermes muſcas et bufones ui
uus pducit ſterc? et uomitū. mortuus pu
tredinē et fetorē Uiu? hominē unicū īpig
uabat. mortuus uermes plīmos inpinguabit
Quid ergo fetidius humano cadauere
Quid horribili? hoīe mortuo Cui? gratiſſi
mus āplexus erat in uita. eciā aſpect? eius
moleſtus erit in morte Quid ergo proſunt
diucie. quid delicie. quid hōres diuicie nō li
berabūt a morte delicie a ūme non dfendēt
hōres nō eripiēt a fetore Qui qndā fulge
bat ornatus in aula modo ſordz nud? in tū
ba Qui qndā ſedbat glorioſus ī trono. mō
iacet deſpect? in tumulo Qui qndā veſce
batur delicijs in cenaculo. mō ɔſumitur a ō
mibus in ſepulcro O triſti mēoria dapnaꝝ

Vindicta carnis ipiꝰ uermis z ignis v
terqz duplex Interior q rodit z urit cor
exterior q rodit z urit corp? Uermis īgt eoꝝ
nō morietur et ignis nō extiguetur. Dabit
dn̄s ignem et vermes ī carnes coꝝ ut vran
tur z senciāt vſqz ī ſempitnū Uermis ɔſcien

cie triplicitꝰ lacerabit . affliget memoria tur-
babit prudencia torquebit anguſtia Venient
in cognicionē peccōꝝ ſuoꝝ timidi et trāſdu-
cet illos exaduerſo iniquitas eoꝝ dicentes
Quid profuit nobis ſuperbia et iactācia di
uiciaꝝ quid contulit nobis Tranſierunt iā
oīa quaſi umbra. ſicut nauis q̄ ꝑtranſit fluc
tuantē aquā. cuius cū ꝑtranſierit vndas nō
eſt inueſtigiū. ſic et nos nati ꝯtinuo deſini-
mꝰ eſſe. virtutis quidē nullū ſignū valemꝰ
oſtendere . ſed in malignitate nr̄a ꝯſumpti
ſumus Cū ingenti turbaciōe recogitabunt
q̄ cū nimia delectacione geſſerūt. vt ſtimulꝰ
memorie pungat ad penam. quos aculeus
nequicie ſtimulauit ad culpā

De inutili pnīa reproborū

DIcent intra ſe penitenciam agētes Errauimꝰ a via veritatis
.et iuſticie lumen non illuxit nobis. tunc in-
cipient dicere montibus cadite ſuper nos: ꝛ
collibus operite nos Sic penitebunt ad penā
.ſed non contrerentur ad veniam Juſtum ē
enim vt quia noluerunt cum potuerunt : cū
vellent non poſſint. Dedit enim eis deus lo
cum penitencie .et ipſi abuſi ſunt eo Prop-
terea diues qui cruciabatur ī flāma dicebat
ad abraā Rogo te pater vt mittas lazarū in

domo patris mei.habeo enim quiqꝫ fratres
.ne et ipi veniant in hunc locū tormentorū
Cui cum abraham reſpondiſſet hn̄t moyſē
et prophetas audiant illos ſubiunxit Non
pater abraham . ſed ſiquis ex mortuis ierit
ad eos.penitenciā agent Agebat et ip̄e pei-
tenciā in iferno Sed quia cognoſcebat illā
inutilem.rogauit vt annunciaretur hoc fra
tribus ſuis quatenus agerēt penitēciā i hoc
ſeculo fructuoſam quia tunc ꝓdeſt hom ni
penitere cū poteſt ip̄e peccāre Qd ineffabili ā
v Videntes turba .guſtia dap̄natorū
buntur timore horribili gementes pre āguſ
tia ſpiritus et dicētes Hȳ ſunt quos al quā
do habuimus in deriſum . et ſimilitudinem
improperȳ Nos inſenſati vitā eoꝝ eſtima
bamus inſaniem.et finem eoꝝ ſine honore
Ecce quomodo ꝯputati ſunt inter filios dī
.et inter ſanctos ſors illoꝝ eſt Supplicium
erit maloꝝ intueri gloriam bonoꝝ licet for-
te poſt diem iudicȳ ſancti quidē viſuri ſunt
reprobos in tormentis Secundum illud:le
tabitur iuſtus cum viderit vindictā impio-
rū Reprobi vero non ſunt viſuri beatos in
gloria.ſecundum illud Tollatur ipi s ne vi
deat gloriā dei Talia dicēt i iferno peccōres

qm̄ ſpes impij tamquam lanugo ē que a vē
to tollitur tāquā ſpuma gracilis que a ꝓcel-
la diſpergitur et tāquā fumus a vento dif-
fuſus. et tāquā memoria hoſpitis vni⁹ diei

De igne gehennali

IGnis gehenne nec lignis nutrit̄. nec
flatu ſuccenditur. ſed a deo creatus eſt inex
tinguibilis ab origine mundi Scptū eſt enī
Deuorabit eos ignis q̄ nō ſuccēditur Cre-
ditur autē eē ſub terris. ſcd̄m illō ꝓpheticū
Infernus ſubt̄ ꝯturbat⁹ ē in occurſum ad
uēt⁹ tui Sȝ oīs loc⁹ reꝓbis ē penalis. q̄a ſꝑ
deferūt ſecū cruciatū. et vbiqȝ cōtra ſe torm
tū incurrūt produca inqt ignē de medio tui
q̄ ꝯmedat te Ignis autē gehēne ſꝑ ardebit
et nūq̄ lucebit ſemꝑ vret ⁊ numquā ꝯſumet
. ſemꝑ afficiet et numquā deficiet Eſt enī a-
pud inferos ſumma tenebraꝝ obſcuritas. i
mēſa penaꝝ acerbitas Infinita miſeroꝝ ete-
nitas ligatis itaqȝ manibus et pedibus ꝓi
cite eū in tenebras exteriores ibi erit fletus
et ſtridor dēciū Singula mēbra ꝓ ſuis pec-
catis ꝓpria ſuſtinebūt tormēta vt in eo pu-
niantur in quo peccauerūt Scriptū eſt enī
ꝑ q̄ peccat hō ꝑ hec ⁊ torq̄tur Vn̄ q̄ī lingua
peccauerat torquebatur in lingua. Propter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

quod clamabat. pater abraham miſerē mei
. et mitte lazarum vt intinguat extremū di-
giti ſui in aquā vt refrigēt ligā meā. q2 cru
ciar in hac flāma ¶ De tenebris iferni

Reprobi vero nō ſolū exteriorib9. ſʒ etiā
interiorib9 tenebris inuoluentur. q2a ſpūa i
pariter et corporali luce carebūt Scriptū eſt
eni Tollatur impius ne videat gloriā dei. qui
ſolus tūc erit ī lucē ſempiternā Tātā autē in
penis reprobi tollerabūt anguſtiā. vt vix ali
quid cogitare valeant pret penas. nā illuc
dirigent ipetū cogitaciones vbi ſenciūt vi
doloris ¶ Sane diſcipul9 quidā fertur appa
ruiſſe magiſtro ſuo poſt mortē quem cum
magiſter intellexiſſet eſſe dampnatum que
ſiuit ab eo ſi alique queſtiones apud īferos
verterentur Qui dr̄ rn̄diſſe apud inferos
queri quid ſolummodo non ſit pena Sed ⁊
ſalomon ait. nec opus nec racio nec ſciencia
eſt apud īferos quo tu properas Erit enim
īprobis tanta mētis obliuio. tāta cecitas aī
mi. tanta ꝯfuſio racionis vt raro vl' nūqꝫ
ad cogitandum quitqꝫ de deo poſſint aſſur-
gere. nedū ad confitendū valeant reſpirare
Nam a mortuo tamqꝫ ab eo qui non eſt pe-
rit confeſſio. Scriptum eſt enim Non mor

tui laudabunt te domine: neqꝫ omnes q̄ deſ
cendunt in infernum Non infernus ꝯfitebi
tur tibi neqꝫ mors laudabit te Cō ꝯfuſione penarū

DImitte me domine vt plan
gam paululum dolorē meū antequā
vadam ad terrā tenebroſam et optam mor
tis caligine Terrā miſerie et tenebraꝝ. vbi
vmbra mortis. et nullus ordo ſed ſempiter-
nus horror in habitat Ordo quidem erit in
quātitate penarū. qm̄ in qua menſura mēſi
fueritis remecietur vobis. vt qui grauiꝰ p̄-
cauerit. grauius puniatur. potentes enī po
tenter tormenta pacienter. ſed ordo nō erit
in equalitate rerum. quia de aquis niuium
tranſſibunt ad colorem nimium. vt ſubito
contrariorum mutacio grauiorem inferat
cruciatum Experimento cognoui qꝛ aduſtꝰ
ſi frigidum ſtatim adhibeat ardenciorē ſen
ciet cruciatum Cō indeficiencia tormentoꝝ

SIcut oues ī inferno poſiti ſunt mors
depaſcet eos. Dictum eſt hoc a ſimili
iumentorum que non radicitus herbas e-
uellunt ſed ſummitates ſolummodo car-
punt. vt iterum herbe renaſcantur ad paſ-
tum. Sic et impij quaſi morte depaſti reui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

41

reuiuiſcent ad mortem vt eternaliter mori-
antur Sic inconſumptũ ticꝗ ſemꝑ qꝫ renaſ
cens.non perit vt poſſit ſepe ꝑirciet ur Tũc
erit mors inmortalis.tunc viuẽt morti qui
vite ſunt mortui.querẽt mortẽ et nõ inueni
ent qui vitam habuerũt et ꝑdiderunt Audi
iohãnẽ ĩ apocalipſi dicentẽ In dieb⁹ illis q̄-
rent hoĩes mortẽ et nõ inuenient eam .deſi
derabũt mori.ꝫ fugiet mors ab ill' O mors
q̄ꝫ dulcis es quib⁹ tam amara fuiſti , te ſolã
deſiderant optabunt qui te ſolam vehemẽt
oderunt Quare reꝓbi nũq̄ꝫ liberabũt a pẽa

Nullus igitur ſibi blandiatur . et dicat
quia deus in finem nõ iraſceretur ne-
qꝫ ineternũ indignabit ſed miſeracioẽs ei⁹
ſuꝑ omĩa opera eius . quia cum iratus fue-
rit non obliuiſcetur miſeri . nec quitquam
eorum que fecit odiuit . Aſſumens in ar-
gumentum erroris qd ait deus per ꝓphetã
Congregabuntur in congregacione vnius
faſtis in lacum.et claudentur in carcere . et
poſt multos dies viſitabuntur Homo nam
qꝫ peccat ad tempus .non igitur deus puni
et ineternum .O ſpes inanis . o falſa pre-
ſumpcio .non credat fuſtra errore decept⁹
qd aliquo precio redimẽdus ſit .qm̃ ĩ iferno

nulla eſt redempcio Congregabũtur ergo
in lacum peccãres ⁊ claudentur in carcẽ ſcilcꝫ
in ĩferno in quo ſine corporibꝰ uſqꝫ ad diem
iudicij torquebuntur. et poſt multos dies
.i. poſtq̄ꝫ reſurgẽt cũ corporibꝰ ſuis. in nouiſ
ſimo die viſitabũtur nõ ad ſalutẽ. ſed ad vi-
dictã. q̇a poſt diẽ iudicij grauius punientur
Sic ⁊ alibi. dicitur viſitabo in v̇ga iniquita-
tes eoꝝ ⁊ in v̇beribꝰ peccã eoꝝ Predeſtiatis
ergo deus iraſcitur tp̄alr̄ · quia flagellat pr̄
oẽm filiũ quẽ recipit. de quibus illud accipit
Nõ in finẽ iraſcetur neqꝫ ineťnũ ꝯmĩabitur
Repbis vero iraſcitur eťnalr̄. quia iuſtũ ẽ
vt qḋ ĩpius in ſuo p̄uaricatur eterno. deus
vlciſcatur in ſuo Nã licet peccãdi facultas il
lum dimittat: tam̄ ip̄e nõ dimittit volunta-
tẽ peccãdi. Scriptũ ẽ enĩ Supbia eoꝝ q̇ te
oderunt aſcendit ſemp. nõ humiliabũtur re
probi iã deſperati de venia. ſed malignitas
odij tantũ ĩ illis excreſcit. vt velint illũ omni
no non eẽ. p quẽ ſciunt ſe tam infeliciter eẽ
Maledicent altiſſimo et blaſphemabunt ex
celſum. conquerentes eum malignum qui
creauit eos ad penam et nunquam incline-
tur ad veniam. Audi iohannem in apoca-

lipſi dicentem Grando magna deſcendit ď
celo in hoīes. et blaſmauerut hoīes deū ꝓp
ter plagā. q̄m magna facta ē nimis Volun-
tas ergo dampnati licȝ amiſerit poteſtatis
effectū. ſemꝑ tamē habebit malignitatis af
fectum Et ipſa erit in inferno ſupplicium. q̄
fuerat in mundo peccm̄: licet forſan et ibi pec
catū ſit ſed nō meritū pene Impius ḡ q̇a ip
habebit in ſe reatū ex culpa. ſemꝑ ſenciet cō-
tra ſe cruciatū ex pena: quia qḋ ip̄e ꝑ peītē-
ciā nō deleuit. de⁹ ꝑ indulgēciā nō remittet
Ad magnā ergo ꝑtinet iuſticiā iudicātis . ſi
nūquam ē gehennali careant ſupplicio : qui
nūq̄ȝ voluerunt in vita carere pccō Voluiſ-
ſent itaqȝ ſi potuiſſent ſine fine viuere vt po
tuiſſent ſine fine peccāre Dn̄dūt ei q̄ ī pccō
ſꝑ viuere cupiunt q̇ numq̄ȝ ďſinūt peccāre dū
viuunt teſtiō ď ſupplicijs et̄nalib⁹
Quis inq̇t plapas poterit habitare de
vobis cū ardoꝛib⁹ ſempit̄nis Illic fum⁹ eit
in furoꝛē meo ignis ardens tota die. nocte ⁊
die nō extiguetur: ſȝ aſcendit fum⁹ ei⁹ vſqȝ ī
ſempit̄nū. Jhēmias Dabo vos ī oppꝛobꝛiū
et ī ignominiā ſempit̄nā q̄ nunquā obliuiōe
delebitur Daniel Qui doꝛmiūt in t̄re pul-
uere euigilabūt . alij in vitā eternam. alij in

obprobriū vt videant ſemꝑ Salomō mor-
tuo homine impio nulla ſpes erit de eo . hic
extimplo veniet ꝑdicio ſua . ꝛ ſubito ꝯteret
nec habebit vltra medicinam . Johannes ī
apocaliphis Siq̇s adorauerit beſtiā vľ ẏma
ginē ei⁹ . hic bibet de vino ire dei . et cruciabi-
tur igne et ſulphure . et fum⁹ tormētoꝝ ei⁹
aſcendet in ſecula ſeculoꝝ . nec habebit req̄ē
die ac nocte q̇a adorauerit beſtiam et ẏma-
ginē eius Confirmat hec veritas que dāp-
nandos in iudicio ſentencialiter reprobabit
Ite maledicti in ignē eťnū qui ꝑparat⁹ eſt
diabolo et angelis eius Si ſecundū iudiciū
diuinū . in ore duoꝝ ľ triū ſtet oē verbū . quā
to magis teſtimonio tot et tantoꝝ de pro-
poſita veritate cōſtabit ¶ Dō die iudicij

Ecce ğ dies dñi veiet crudľ ꝛ īdigācio
is ple⁹ ꝛ ıē ꝛ furoīs ad ponēdā ťrā ī ſolitudi
nē . ꝛ ad peccātoēs ei⁹ ꝯterendos de ea . quo
niam ſtelle celi et ſplendor earum non expā
dent lumen . Obtenebratus eſt ſol in ortu
ſuo et luna non ſplendebit in lumine ſuo . et
viſitabo ſuꝑ orbem mala . et contra impios
iniquitatē eoꝝ . et quieſcere faciam ſuperbiā
infidelium . et arroganciam forciū huiliabo
Propter hoc omnes manus diſſoluētur . et

omne cor hominis tabeſcet et contere[tur]
Torſiones et dolores tenebūt eos.vnꝰqſqꝫ
ad pximū ſuum ſtupebit .facies ↄbuſte vul-
tus eoꝝ Dies illa dies ire calamitatis ꝛ mi-
ſerie.dies tube ꝛ clāgoris.qꝛ ↄſummacōe cū
feſtinacōe faciet deus cunctis habitātibus
ſup terrā Et ſupueniet dies illa repētia tā-
quā laqueus in oēs qui ſedent ſup faciē tre
.q̄niam ſicut fulgur exit ī oriente et apparet
vſqꝫ ad occidentē.ita erit aduētus filiꝰ hoīs
Dies enī dn̄i ſicut fur in nocte ita veīet Cū
dixerīt pax et ſecuritas.tūc repētinꝰ ſupue-
niet interītꝰ ſicut q̇ dolorē in vtēo habēt et
nõ effugient ¶ De p̄cedenti tribulacōe
Precedet autē magna tribulacō qual[is]
numq̄ꝫ fuit ab inicio mūdi vſque mō nec fiet
.et niſi breuiati fuiſſent dies illi.nō fierit ſal-
ua oīs caro Surget enī gens contra gentē
.et regnū aduerſus regnū et erūt terre mo-
tus p loca.et peſtilēcie.ꝛ tēpeſtates.ꝛ fames
.ꝛ erūt ſigna in ſole et luna et ſtellis et ī tris
p̄ſſura genciū pre ↄfuſione ſonitꝰ maris et
fluctuū Surgēt pſeudo xp̄i.ꝛ pſeudo pphe
.et dabunt ſigna multa et prodigia.vt in er-
rorē īducātur ſi fieri poteſt eciā electi . Tūc
reuelabitur hō peccāti filius perdicionis qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

aduerſatur et extollitur ſupra omne quod dicit̄ a qd̄ colitur de⁊.ita vt in templo dei ſedeat oſtendens tamquam ſit deus quē dominus iheſus criſtus interficiet ſpiritu oris ſui ꝫ Mittetur autem helias priuſquam dies domini veniat magnus et horribilis et conuertet corda filiorū ad patres et corda patrum ad filios.cum quo veniet enoch et prophetabunt diebus mille ducentis ſexaginta amicti ſaccis.et cum finierint teſtimoniū ſuum.beſtia que aſcendet d̄ abiſſo faciet aduerſus eos bellum et vincet illos et occidet .et corpora eoꝝ iacebunt in plateis ciuitatis magne vbi deus eorum crucifixus eſt.et poſt tres dies et dimidium.ſpiritus vite intrabit eis Qualiter veniet domin⁊ ad iudicium

Stati āt poſt tribulacionem dierum illorum ſol obſcurabitur.et luna non dabit lumem ſuum . et ſtelle cadent de celo.et virtutes celoꝝ mouebuntur ꝫ tūc apparebit ſignum filij hominis in celo.ꝫ p'ā gent ſe omnis tribus terre.Reges et principes et tribuni et diuites.et omnis liber ꝫ ſeruus abſcondent ſe in ſpeluncis .et in petris moncium.et dicent petris et montibus .cadite ſuper nos et abſcondite nos a facie ſe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

dentis in throno.et ab ira agni . quoniam
venit dies magnus ire ipſorum. et quis po
terit ſtare Et mittet angelos ſuos cum tu-
ba et voce magna.et cōgregabunt electos
eius a quatuor ventis celi A ſummis celorū
vſque ad terminos coꝝ Tunc ipſe domin⁹
in iuſſu et in voce archangeli et in tuba dei
deſcendet de celo.et omnes qui in monum̄-
tis ſunt audient vocem filij dei. et procedēt
boni in reſurrexionem vite Mali vero in re
ſurrexionen iudicij .Mors et infernus da-
bunt ſuos mortuos qui in ipſis erūt Et vi-
debit omnis oculus.et qui eum pupugerūt
filium hominis venientem cū virtute mag-
na et maieſtate Veniet autem dominus ad
iudicium non ſolus.ſed cum ſenatorib⁹ po-
puli ſui ſedebunt et ipſi ſuꝑ ſedes duodecim
iudicantes duodecim tribus iſrahel Aſpicie
bam inquit daniel donec throni poſiti ſunt
.et antiquus dierū ſedit.veſtimentum eius
quaſi nix candidum.et capilli capitis eius q̄
ſi lana munda Thron⁹ eius q̄ſi flāma igīs
accenſus.fluuius igneus rapiduſqꝫ egredi-
ebatur a facie eius Milia milium miniſtra-
bant ei.et decies centena milia aſſiſtebant
ei Deus noſter manifeſte veniet deus noſ-

ter et non ſilebit Ignis in ꝯſpectu eius ardē-
bit et in circuitu eius tempeſtas valida Ad-
uocauit celum deſuper vt diſcernat poplum
ſuū Nubes et caligo in ꝯſpectu eiꝰ . iuſticia
et iudicium correctō ſedis eius Nā ꝯgrega
buntur ante eum oēs reges . omnes gētes
ſeruient ei Et ſeperabit eos ab inuicē ſicut
paſtor ſegregat oues ab hedis . et ſtatuet
quidem a dextris.hedos autem a ſiniſtris

De potencia ſapiencia et iuſticia iudicis

O Quantus tunc erit timor et tremor
o quantus tunc erit luctus ⁊ gemitus
et fletus Nam ſi colūpne celi contremiſcūt
et pauent aduentum eius . et angeli pacis
amare flebunt.peccatores autem quid faci-
ent Si iuſtus vix ſaluabitur.impiꝰ ⁊ pecca-
tor vbi patebunt Propterea clamabat pro-
pheta Ne intres in iudicium cum ſeruo tuo
domine quia non iuſtificabitur in conſpec-
tu tuo omnis viuens Si enī iniquitates ob-
ſeruaueris domine . domine quis ſuſtinebit
Quis non timet potentiſſimum iudicē . ſa-
pientiſſinium ⁊ iuſtiſſimum . potētiſſimum
quem nemo poteſt effugure . ſapientiſſimū
quem nemo poteſt latere . iuſtiſſimū quē ne
mo poteſt corrumpere Si fortitudo queri-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

tur robuſtimus eſt .ſapiēs corde ⁊ fortis ro
bore Si equitas iudicij .nemo audet ꝑ me
reddere teſtimoniū Si iuſtificare me volue
ro.os meū ꝯdempnabit me:et ſi ſiplex fuēo
.ꝑuum me comprobabit Ipſe dixit et facta
ſunt Qui vocat ſtellas et dicunt aſſumus
Qui facit angelos ſuos ſpiritus et miſtros
ſuos flāmā ignis Cuius voluntati nichil ō
nino reſiſtit.cui nullum verbum eſt inpoſſi-
bile Cui flectitur omne genu . celeſtium t̄reſ
trium et infernorū.Hunc ḡ nemo poteſt ef
fugere ſicut dicit ꝑpheta Si aſcendero ī ce
lum tu illic es.ſi deſcendero ad infernū ades
Ipſe ſcrutatur corda et renes.cuius oculis
omnia nuda ſūt et aperta.Qui pluuie gut-
tas et arenā maris dinumerat Deus ſciēci-
arum dominus.ꝑſcius omniū.ꝯſcius ſingu
lorum.omnium indagator.hūc ḡ nemo po
teſt latere ſicut apl's dicit Non eſt ulla crea
tura inuiſibilis in conſpectu eius Ipſe ē iu-
dex iuſtus.fortis et longaminis.qui nec p̄-
ce nec precio nec amore nec odio declinat a
ſemita rectitudinis.ſed via regia ſemꝑ ince-
dens nullum malum preterit inpunitū .nul
lum bonum irremuneratū relinquit Hunc
ergo nemo poteſt corrūpere . iuxta qḋ apt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

pſalmiſta Tu reddis ſingulis ſecundũ opa
ſua De extremo iudicio

Quis autem non timeat illud examen
in quo erit idem acuſator . et aduocatus et
iudex Accuſabit eũ cum dicet Eluriui et nõ
dediſtis michi mãducare . ſitiui et non ddiſ-
tis michi bibẽ . Aduocabit cũ ſubdet Quã
diu nõ feciſtis uni de minoribus hÿs . nec
michi feciſtis Judicabit cum inferet Diſce-
dite a me maledicti in ignem eternũ . Non
erunt in illo iudicio teſtes neceſſarÿ . q̃a tũc
manifeſta erunt abſcõdita tenebraꝝ Nichil
enim occultum quod nõ reuelabitur Tunc
libri erunt aperti et iudicabũtur mortui ex
hÿs que ſcripta ſunt in libris ſecundũ opẽa
coꝝ Quantus tunc erit pudor in pccãtori-
bus quanta ꝯfuſio . cum coꝝ nefandiſſima
crimina cunctis erunt liquido maĩfeſta Be
ati quorum remiſſe ſunt iniquitates . et quo
rum tecta ſunt peccata Ab illa ſentencia nũ
quid poterit prouocari Minime . quia pat
om̃e iudin dedit filio qui claudit et nemo a-
perit . aperit et nemo claudit . Os enĩ domĩ
locutum eſt Qꝫ nichil proderit dampnãdis

Tunc nichil proderint dampnãdis o-
pes . non defendent honores . nõ ſuf-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

fragabuntur amici Scriptum eſt enī . Aurū et argentū eorū non valebit liberare eos in die furoris dn̄i . flebunt et plangent ſuper ſe omnes reges terre . cum viderint fumū incē dij propter timorem tormentorū ei⁹ Quid ergo facietis in die viſitationis ꝛ calamitatis de longe veniētis . ad cui⁹ fugietis auxiliū Vnuſquiſqꝫ onus ſuū portabit . Aīa que peccauerit ipſa morietur O diſtrictū iudiciū in quo non ſolū de fcīs . ſed de omni vbo ocioſo quodcūqꝫ locuti fuerint homines reddituri ſunt racionē . in quo vſqꝫ ad nouiſſimū quadrantem exigetur debitum cum vſuris Quis ergo fugē poterit a ventura ira Mittet ergo filius hominis angelos ſuos ꝛ colligent de regno ſuo omnia ſcandala ꝛ alligabunt faſciculos ad ꝯburendū . et mittet eos in caminū ignis ardentis Ibi erit flet⁹ ꝛ gemitus . eiulatus ꝛ vlulatus . luctus et cruciatus . ſtridor et clamor . timor ꝛ tremor . labor et dolor . ardor et fetor . calamitas ꝛ egeſtas . obſcuritas et aſperitas . anguſtia ꝛ triſticia . obliuio et ꝯfuſio . torſiones et punctiones . amaritudines et terrores . fames et ſitis . frigus et cauma . ſulphur et ignis ardens in ſecula ſeculorum . amen

Summula domini. Innocencij pape
De vilitate condicionis humane
Explicit feliciter

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
225 G 52